



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Nachos. Cap[itulum]. liiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse ianuarij occurrētibus. Fo. li.

De sancto Saleth.

Cap. li.

Saleth filius heber etatis parentis anno. xxxiij. pgenit? est: vt superius est premissum: anno scz etatis Noe. cccccccci. qui cū esset annorū. xxx. genuit reu: cui nato superuixit annis. ccc. vsqz ad annū. xlvij. natiuitatis abrahe. Et sic impletis annis. cccxxix. mortuus est. Eius tēpore edificata est turris babel a nem? roth principe filioz chā: et alijs et filijs Sem et iaphet cōpiscib? eius. Ita q in ipso edificio de vnaquaqz generatione omnū trium filioz noe aliqui cōuenerūt. Et sic cū esset solayna lingua hebraea in. lxxij. linguis hūanus sermo diuisus est: hebraea lingua in sola familia heber remanēte: q in tali cōspiratione nō fuit. Diuisiqz sunt familie Noe in tribus partibus mūdī: filij sem asiam: filij cham aphyricā: filij no iaphet europan regionem tenuerunt.

De sancto Reu.

Cap. liij.

Reu quiz ragau filius saleth etatis patris anno. xxx. genitus vt dictū est anno videlicet Noe. cccccccxxi. Cū esset annorū. xxxij. genuit saruch. Quo p genito superuixit annis. cccv. videlicet vsqz ad annum. lxxvij. nati abrahe. sicqz reu decursis annis. cccxxix. mortuus est.

De sancto saruch.

Cap. liij.

Saruch filius reu natus est anno etatis patris. xxxij. vt dictū est: videlicet anno etatis Noe. cccccccxxij. Qui cum esset annorū. xxx. genuit nachor. Quo nato superuixit annis. cc. videlicet vsqz ad annū vnū post natū Isaac. Et sic saruch annorū. cccxx. mortu? est.

De sancto Nachor.

Cap. liij.

Nachor filius saruch natus est anno etatis patris. xxx. vt dictū est: videlicet anno etatis noe cccccccxxij. Qui cū esset annorū. xxx. genuit thare. Cuiqz nato superuixit annis. cxxix. videlicet vsqz ad ānos. xlvij. natiuitatis abrahe. Et sic nachor annorū. cxlviij. mortu? est.

De sancto Thare.

Cap. lv.

Thare filius nachor anno etatis patris. xxxix. natus est: vt superius dictus est: anno videlicet Noe. cccccccxxi. Qui annorū. lxx. genuit tres filios: videlicet abra qui et abrahā de quo suo loco dicef: et nachor atqz arā. Post quorū natiuitatem superuixit annis. cxxv. videlicet vsqz ad ānos. xxxv. natiuitatis Isaac. Et sic thare annorū. ccv. mortu? est. Habitaui

autē thare in ciuitate chaldee: que vocatur v: vbi interfecto filio eius aram a chaldeis: vt statim dicitur: Thare moleste ferens nec valens sustinere iniurias que sibi facebāt: eo q ignē nollet colere que chaldei colebant: tulit omnē suam familiam filios videlicet et nepotes: et egressus inde de terra natiuitatis sue habitauit peregrinus in mesopotamia in ciuitate que dicitur aram siue charras: vbi et mortuus est.

De sancto Abram.

Cap. lvi.

Abram filius thare et frater abre in terra chaldeorum genuit filij nomine Lotz et duas filias: quarum vna vocata est melcha et alia sarai. Cum autem chaldei ignem adorarent: et abram atqz aram filios thare ad colendum ignem compellerent: filijqz vtpote veri dei cultores recusarent: procecerunt eos chaldei in ignem. Et aram ibi expirante. Abram dei auxilio de flamma liberatus est: vt tradit hebrei. vnde dicitur. Ego sum qui te eduxi de vr chaldeorum: quia chaldei vr ignem appellabant. vnde et aram inter veteris testamenti matres ascribitur: quia pro veri dei cultus religioe occisus est. Tunc thare pater eius dedit melcha filliam aram in vxorem nachor filio suo et sarai alteram eiusdem filliam dedit in coniugem abre alteri filio suo. Et qz sarai sterilis erat abram adoptauit lotz filium aram fratris sui et fratrem sarai in filium. Cum quibus omnibus thare egressus de terra chaldeorum habitauit in aram: vt superius dictum est. Hec omnia de libro geni. a. c. vi. vsqz ad. xij. et ex choronicis Iosephi Hieronymi et methodij atqz ex hystoria scholastica colliguntur.

De sancto Gemiano epo.

Cap. lvij.

Gemianus episcopus nobilibus parentibus murtine oriundus tempore ioniani imperatoris claruit. Qui ab annis puerilibus litterarum scientia eruditus sanctisqz virtutibus insignitus: templum corporis sui christo domino dedicauit. clericaleqz ad eprus officium: se totum dei seruicio subegit: donec gradatim ab episcopo mutinesi. antonio diaconatus ordinem promeruit. Post cuius transitum a populo in episcopum eligitur: et ex humilitate refugiens et latitans: tandem repertus producit: et instante patricio ac populo mutinesi. ab archiepiscopo rauenate in episcopum cōsecratur. Reuersus ergo geminianus ad urbem propriam in sancta regione domino seruiebat: et commissum sibi gre

g iij